rea, totaq supellectili domestica, cujuscunq formae et modi existen nunc habitis et in post haben Nobili Euae Horodyska olim Nobilis Jacko Horodyski filiae sui Recognoscen consorti Advitalitatem et usum fructum, ad extrema duntaxat vitae ipsi tempora inscripsit et concessit prout inscribit et concedit praesentibus tali videlicet modo Quodsi prius praefatum Nobilem Stephanium Manasterski Recognoscentem maritum, quam praedictam Nobilem Euam Horodyska sui Recognoscentis consortem de hac Luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Eua Horodyska consors sua bona generaliter praedictae medietatis omnia haereditaria et obligatoria, mobilia et immobilia, resq suprascriptas ad easd medietatem bonor pertinentes omnes, morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni eorundem Iure, Dominio, et proprietate, omnibusq et singulis bonorum eorund suprascriptorumq rerum, utilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, commodis, obuentionibus, attinen et pertinen quaelibet vitalis tenebit, habebit, et possiderit, illisq pacie et quiete fruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post mortem vero eiusdem Nobilis Euae Horodyska consorti suae, extunc bona eadem praedictae medietatis suprascripta omnia, ad Successores praefati Nobilis Stephonij Manasterski mariti sui sine ulla contradictione et impedimento Successorum praedictae Nobilis Euae Horodyska coniugis suae cum pleno Iure eorundem bonor suprascriptae medietatis praemissorumq omnium devoluentur.

Feria Sexta post Festum Sancti Mathaei Apostoli et Euangelistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

25/IX

2318. 222

Gorski Wolerowski Cedit et Retrocedit.

Ex Cod. Comparens personaliter coram Officio Actisq[ue] praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus]
Przemyslien[sibus] Gnosus Adamus Gorski Camerarius Granichalis Terrae Premy-
slien[sis] sanus mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iurisdictionibus
Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo, prae-
1036 senti vero Castrensi Capitan[eali] Premyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc
attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo
infrascripto, nempe de Inscriptione Castrensi Capitan[eali] Leopoliensi per
Magcum olim Raphaelem Lonka à Stemberg apreum Margeringen[sem]
signatu olim Rndo Ioanni Wolerowski Praeposito Tyczynen[si] Sieklicz-
kien[si] Plebano super Summam Novem Millium florenorum polon[icalium] modo sim-
plicis debiti facti et recogniti, post fata vero eiusdem Reverendi
Wolerowski in Religiosum in Christo Patrem fratrem Michaelem
Wolerowski Ordinis Sancti Dominici et Gnosum Mathiam Wolerowski
fratres germanos suprascripti Vero olim Praepositi Tyczynen[sis] ex fratre
germano, nepotes iure naturalis Successionis devoluti, ac tandem
per memoratum Religiosum in Christo Patrem Michaelem Wolerow-
ski sibi Recognoscenti suo et praefati Gnosi Mathiae Wolerowski fra-
tris sui Nomine coram Actis praesen[tibus] abscessa nec non de eadem
ipsa Summa Novem Millium florenor[um] polon[icalium] item de provisionibus
omnibus ab eadem Summa ratio[ne] et provenien[tibus], atq[ue] de quibus-
vis processibus in eadem Causa perductis et poenis Banitionum
obtentis, cum omni praemissorum, Iure Dominio proprietate com-
petentiaq[ue] et praerogativa quavis omnibusq[ue] et singulis Inscri-
ptionis praedictae, Unisq[ue] praesentis Cessi Conditionibus punctis
clausulis, articulis, Vadio Ligamentis, ac nexibus in Uni-
versum

versum omnibus, summa quoq supra scripta, Utilitatibus, fructibus, provenientibus, redditibus, emolumentis, Commodis obventionibus, attinentijsq et pertinentijs generaliter universis nihil ex praemissis Juris Dominij proprietatis ac Cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Recognoscente suisq Successoribus aut quopiam alio reservando, seu excipiendo, verum prout praemissa omnia et singula praetextu recognita ipse met Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq concernebant, ac eidem legitime serviebant. Iam exnunc et de facto supra Religioso in Christo Patri Michaeli Ordinis Praedicatorum et Generoso Mathiae Wolenski Fratribus germanis, eorumq Successoribus accepta ab ipsis pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione cessit et resignavit, prout cedit et resignat praesentibus. omneq et integrum Jus suum totum sibi ad praemissa serviens in Personam eorundem Cessionariorum suorum, eorumq Successorum totaliter et plenarie transtulit transfudit et incorporavit, prout transfert transfundit et incorporat praesentibus. Per ipsum Religiosum in Christo Patrem Michaelem Ordinis Praedicatorum et Generosum Mathiam Wolenski Fratres germanos Cessionarios suos et ipsorum Posteros hoc idem Jus praesentibus Cessum, Summam praemissaq omnia praesentibus transfusa cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus Competentiisq et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq quiete et pacifice utifruendi, summam eandem cessam cum provisionibus, tollendi levandi et percipiendi, pro eademq si non fuerit persoluta, prosequendi

2320

quovis inhibendi, et ad debitum Iuris Ordinem deducendi, eadem omnia ad Suos, Suorumque Successorum quosvis bene placitos Usus fructus libere et effectualiter convertendi praefati Iuris Originalis ea latius in se complectentis praesentisque cessi et transfusi Vigore.

Sabbatho ante Festum Sancti Michaelis Archangeli proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo nono

Kleczynski R.R. Patribus Carmelitis Premisliensibus Cedit.

26/IX. 0337

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitaneal. Praemyslien. Generosus Ludovicus Kleczynski Camerarius Terrestris Praemysliensis sanus mente et corpore existens, a Terrenis Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemyslien. Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo infrascripto nimirum de Summa sexcentorum viginti quatuor florenorum Polon. sibi competenti per Generosos Ioannem Remigianum Subdapiferum Terrae Praemyslien. Wolakowski, olim Generosi Gasparis Wolakowski Iudicis Terrae